

1913

P O L E M I C I

1914

*duas uxores esse Episcopum, sed sine istas questiones. Hoc uult. non sit adulter, nec scortator, quia dicitur, sine Sanctificatione nemo videbit Deum. Fufius haec in Enarrat. p. 396. Sed etiam ibi: Omitto autem disputationes de digamia.*

## CCCCLXXXVII.

925 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 54: 4. inscribitur: *Epistola quaedam D. Philippi Melancthonis*. Sunt vero et alia admixta, quae ordine persequar: I. *Epistolae tres Melancthonis ad Job. Riuium, Hier. Oderum et Franc. Vinariensem*. Epistolae hae, et sequentes collatae sunt cum Editt. *Manliana, Peuceriana et Elzeviriana*; itaque indicandum, quatenus e praesentibus non sint in illis Editt. repertae. Deest uidelicet Epistola ad *Hier. Oderum*, quae incipit: *Periucunda mihi fuerunt tuae litterae*, et praeter laudes atque officia nihil continet.

II. fol. 7. *Disputatio habita Vuittembergae a M. Erasmo Flock pro Licentia in Medicina consequenda. Praeside D. Melchiore Fendio Medicinae doctore. 28. die Augusti, anno 1545.* Sunt Positiones XIII. de Tempore Medicationis ab *Hippocrate* assignato, quibus subnectuntur Argumenta obposita cum Respondis, atque ex Obponentibus nominantur *M. Erasmi Reinboldus Salueldensis, Phil. Melancthon, et D. Augustin. Schurff*. Viri hi

omnes praeter *Flockium* Literatoribus probe noti sunt.

III. fol. 14. resumuntur Epistolae XXXIV. potissimum *Melancthonis* suo, vel alieno nomine datae: *Serenissimo Regi Angliae. Guilhelmo Reiffenstein* non reperta. Incipit: *Serius ad te mittimus Paedagogum &c.* nempe pro Filiis. Anxiatur de capta *Roma*, Bibliothecis metuens. *Die Jouis post exaudi*, ergo a. 1527. *Paedagogo filiorum Guilhelmi Reiffenstein* non reperta. Incipit: *Heres tuus honorifica oratione &c.* Laus Paedagogi, quem puto *Marcellum Regium*, et quaestio de Incendio *Wernrodensi. Calend. Septemb. D. Joanni Caesario amico suo. Filiis Guilhelmi Reiffenstein. D. Guilhelmo Reiffenstein amico suo summo. Illustris Princeps Dux Joannes Ernestus Saxoniae, ad quendam Episcopum.* Est is *Naumburgensis*. Non reperta incipit: *Reuerendissime atque Illustrissime princeps, petiuit a nobis commendationem ad R. P. V. quidam nobilis adolescens Petrus de Neumarck &c.* Pro aliquo Sacerdotio ad sumtus studiorum tolerandos. *Magistro Marcello*, puto *Regio*; non reperta incipit: *Franckfordiae venerunt ad me hij adolescentes Argentoratenses &c.* Commendantur *Vitebergae* ejus curae. 12. *Septemb. Francfordiae 1536. Viro optimo D. Guilhelmo Reiffenstein amico suo. Studioso adolescenti Joanni Reiffenstein Stolbergae. Guilhelmo Reiffenstein binae. Nobili adolescenti J. R.*

1915

## C O D I C E S

1916

7. R. et in altera Epistola Joanni Ritesel. Optimo Viro D. Guilbelmo Reiffenstein quinque, quarum tertia et quinta non repertae. Prior incipit: Quo die a vobis discessimus &c. et laudes commendationemque Nicolai Quaestoris Frankenbusani continet; Altera simul Philippo Reiffensteinio inscripta orditur: Scio Vualenrodum his moribus atque hac dexteritate ingenii praeditum &c. et mox dictum Matthaeum de Vualenroth Comiti Stolbergensi commendari cupit. Sonnent post Jacobi 1551. Clarissimo Viro D. Gregorio Pontano Jurisconsulto et Cancellario Principis Saxoniae Electoris, Patri suo Charissimo, binae Filii nomine scriptae. Ad Amicum Phil. Mel. epistola Juveni cuidam praescripta, non reperta incipit: Misit nobis pater munus tuum Ave Charissime &c. Gratias agit et diligentiam in literarum studiis pollicetur. Nobili et genere et literarum cognitione N. ab N. suo amico. Hieronymi Furerij Epistola ad Sodalem. Epistola P. M. cuidam discipulo praescripta. Optima Indolis adolescenti Bernbardo Frisio amico suo, non reperta incipit: Magnam mihi voluptatem attulerunt tuae literae &c. Laus et adhortatio amica, 4. Dec. 1535. Magnifico Viro D. Christiano Bair doctore Juris Cancellario, suo patrono, non reperta incipit: Scio vos nihil ardentius cupere, quam ut prospiciatur Ecclesijs &c. Querelae de earum neglectu. Optimo Viro D.

Guilbelmo Reiffenstein, amico summo. Alia Epistola Philippi Mel. Epistolae binae ἀνεπίρηστοι non repertae. Prior nomine Melancthonis ad Pastores quosdam, quibus moderationem suadet in negotio Argentinensium et circa Decretum Senatus Imperii, hoc initio: Mibi nequitiam videtur Opus esse, ut moueatis apud nostrum principem eam rem &c. Altera nomine cujusdam Academici Vitebergam studiorum causa delati ad Suos de rerum suarum statu, hoc initio: Cum haberem certum tabellarium existimaui &c. Optimo Juveni M. (Marcello) doctore filios Guilbelmi Reiffenstein. Clarissimo et optimo Viro, D. M. L. (Luthero) Doctore Theologiae, instauratori Evangelicae doctrinae, Patri suo Reuerendissimo in Christo. Literae, quarum folae ἐπίρηστοι hactenus adscriptae sunt, in una ex supra dictis Collectionibus jam vulgatae habentur, ut monui.

IV. fol. 37. Humanissimo atque doctissimo Viro, Philippo Melancthoni, Domino atque amico suo dilecto, Franciscus Ottbo dux B. et L. Est is, ni fallor, Otto dictus Junior Ottonis senioris filius natus a. 1528. qui Literas has datas Cellae postridie Idus Octob. Anno 1538. exaravit anno aetatis decimo, egregium documentum illius in Literas, Literatosque amoris, qui illustri Stirpi Brunsvicensi domesticus est. Ineunt illae: Etsi propter summas ingenij tui dotes, atque excellentis doctrinae laudem semper te complecten-

1917

P O L E M I C I.

1918

plectendum et amandum duxi, vir clarissime, tamen non arbitraberis satis verecundi Pueri esse, si tibi tot eximijis dotibus ornato viro ac innumeris occupationibus impedito, litteras mittere, et puerilibus ineptijs molestus esse audeam. &c. Subdit se a Patre suo ad scribendum perpulsus, optatque tempus, quo et tecum conuersari et te in studijs praeceptore ac duce uti possim. &c. Nescio, an amabilis haec Epistola lucem jam adspexerit.

V. fol. 39. Francisci Philelphi Epistolae binae: Prior ad Marcum Carnetolum, alias Carnetolum Equitem Aurat. et ICTum. Bononiae 12 calend. April. Altera ad L. I. id est Leonard. Justinianum. Bononiae Calend. Junijs. Utraque a. 1428. et obvia in editt. *Epistolarum Nostri Libro I.*

VI. fol. 40. *Quaestio*. Sive Περὶ γοργυμνασμά scholaricum de eo: Jurene Zoilus ob libros maledicos adversus Homerum scriptos in Conventu Graeciae morte affectus fuerit. Adfirmatur. Locus, quem Vitebergam habeo, non additur; annus est 1535.

VII. fol. 41. p. 2. Oratio Magistri Marcelli habita in sua promotione Anno 1534. 27. Augusti. Ejus, puto, quem Melancthon Prolibus Reiffensteinianis Praeceptorem dedit, et itidem Vitebergam referenda. Controversiam, an probandum Dogma Stoicorum: Omnia necessario fieri, agitatur, sed imperfecta est.

VIII. fol. 44. p. 2. *Scriptum Pontificis Pauli Tertij Ad Carolum V. Sacri Romani Imperij Imperatorem missum circa finem Anni 1544.* Extant graves hae Monitoriae cum in *Hist. Conc. Trident.* Card. Pallavicini, L. V. c. 6. tum in *Annalib. Eccl. Raynaldi* ad h. a. et incipiunt: *Quae in recessu a Spira tanquam acta reliquisti &c.* Ignarus Librarius ad ea, quae contra Henricum Anglum Pontifex inseruit, in margine notavit: *Hac de Rege Francia dicuntur.*

IX. fol. 53. *Epistolarum Te-tras.* 1.) *Epistola a Basilea missa in mortem doctissimi Viri D. Erasmi Roterodami.* Initium: *D. Erasmus nuper dissenterie morbo correptus, undecima Julij vitam finiuit, anno 1536. aetatis suae 72. &c.* Burignius in *Vita Erasmi* L. 6. aetatem Viri definire ausus non est; Epitaphium ei positum *Septuagenarium* pronunciat. Itaque, nescio, quae fides Epistolographo nostro habenda, qui et in eo lapsus videtur, quod asserit, *Erasmum* Bibliothecam *Praesuli* cui-dam *amplissimo* legasse, cum ex ipso Testamento constet, eam *Jobanni a Lasco* jam antea pecunia addictam fuisse, qui utique *Erasmo* superstes fuit. 2.) *Clarissimo Viro Virtute et Sapientia Prestanti Guilhelmo Rinck Patrono suo Colendo.* Est *Phil. Melancthonis*, data *Wittemberge* 28. Junij. Anno 1545. In *Collectionibus supra cit.* non reperta  
Y y 3 incipit:

1919

C O D I C E S

1920

incipit: *Deum aeternum patrem Domini nostri &c. et Nuptiis Filiae bene precatur.* 3) *Hæc D. Philippus Melanthon circa finem Maij Anni 1545. scripsit ad Amsdorfium (Nic.) Episcopum Naumburgensem.* Itaque Excerpta potius, quorum initium: *Gallici Regis intercessione facta sunt induciae &c.* 4) *Alia.* Itidem Excerpta: *Nunc tandem certum est, Caesarem venisse Vuormaciam &c.*

CCCCLXXXVIII.

516 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 21. 4. currente calamo scriptus complectitur *Joh. Matthesii Rochlicens.* clari inter Protestantæ Theologi, Lutheroque *συγγρον* Sermonem Nuptialem inscriptum: *Eyne Hochzeit Predigt aufs der Historien Esther, qui inchoat: Dije weijll der Ewige got selber auf Adams hochzeit Im Paradeys geprediget. Ist es fein vnd Chrifftlich, das wir denn beilligen Ebestandt auch belffen Ebren vund schmückben mit gottes wort &c.* Narrata deinceps omni *Estheris* Historia salubria ex ea novitiis Conjugibus monita derivat. An Sermo hic inter ejus Opera lucem viderit, ignoro.

*Quanta vobis maneant peccantes grandia pœna  
Si sapitis nostro discite quæso mala.*

Calci adscriptit Autor: *Johannes Matthesius pfarrer In S. Joachims thal sua manu SS.* Hoc igitur

CCCCCLXXXIX.

Codex chartaceus germ. Sec. 543 XVI. Folior. 30. 4. est Sermo *Joh. Matthesii* Pastoris *Joachimici* habitus tempore Coronationis *Maximiliani* Primogeniti *Ferdinandi I. Imp.* in Regno *Bohemiae*, hoc Titulo: *Joes des Königs in Juda Historien.* Gepredigt vnter der Krönung Herrn *Maximiliani* Königs zu *Behaim* *Erczberczogen zu Osterreich &c.* Inn *S. Joachimstall* durch *Johan Matthesium.* 1562. Initium: *Geliebte Im Herrn. Nachdem Herr Maximilian erwelter Behaimischer König aus Zeitigem radt vund vätterlicher naygung vund aigner bewegung seiner Maiestat Herrn Vatters Vnnsers allergnedigsten Herrn Kayfers, aus gnediger schickbung Vnnsers lieben gottes diese tag (20. Sept.) mit gemeinen Stimmen vund bewilligung aller drey Stündte zum Könige in Behaim gekrönet vnd bestettiget &c.* Multa opportuna monita ex *Historia Joae* depromit, nec tamen prorsus abstinet ab oblique notandis Catholicis. Dum de Malefactorum vindicta agit, *Pulicis argenteae Catenulae* innexi meminit, quod *fanguinis guttulam* e magno corpore fluxerit, querentis:

*Exemplum fortassis ipsi Regi porrectum fuerit.*

CCCCXC.